

AB

37 <sup>1</sup>/<sub>12</sub>

EX.DUP.





B. H. 95  
1295

*Handwritten scribbles in blue ink.*

et eo cōuenirent, quo rex ediceret p  
artin cōstituēdo regno, principes et  
re praeessent, n̄ semp ipsum regē con  
icilio locū Parhisijs acceperunt, ubi  
de Dionysi iuxta patrē sepult⁹ et  
quod ipse uiuēs facien dū sibi curauit  
ut Carolus qui post a magnitudine r  
appellat⁹, & Caroloman⁹, qui rege  
designati, sed paucis exinde diebus a  
humani

*Fragment of a handwritten manuscript in Latin script.*





# VIRGILII

BVCOLICA ARGVMENTIS

TIS BREVIVS CVLIS IL-

*lustrata, ac diligentissimè  
recognita.*

LIPSIÆ

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA  
NICOLAI FABRI.





VITA P. VERGILII  
MARONIS



Ergilius Maro, latinorum Poëtarum facile princeps natus fuit Gn. Pompeio, M. Licinio Crasso primum cōsulibus, Idibus Octobris, in pago, qui Andes appellatur, non longè distans ab urbe Mantua, Parentes habuit modestos & rusticae rei studiosos, ipse tamen ingenij bonitate literarumq; flagrantia clarus, imo clarissimus evasit, Augustoq; Caesari charus fuit. Nam cum & latinis & Graecis literis apprime esset edoctus, ad poëticen se contulit. Adhuc ferè puer, in Balistam latronem hoc distichon scripsit: Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus. Nocte dieq; tuum carpe viator iter. Deinde adolescens Moretum, Culicem & alia scripsit opuscula. Annos octo autem & uiginti natus Asini Pollionis hortatu Bucolica scribere coepit triennioq; perfecit. Quorum scribendorum causa haec fuit, Augustus Caesar agros Cremonensium, qui hostibus ipsius fuerant, militibus suis dederat. Sed cum agri illi militibus non sufficerent, additi sunt eis agri Mantuani qui erant proximi. Virgilius itaq; suo quoq; priuatus agro Romam uenit, & interuentu Pollionis & aliorum procerum agrum suum recuperavit, quod in Aegloga prima & alijs quibusdam locis aperte ostendit, &  
Augusto



Augusto gratias agit. Bucolica uero interpretantur  
pastoralia, id est, colloquia uel carmina pastorum, nam  
Bucolicos græcè dicitur bouum pastor, unde Bucolicus,  
id est pastoralis uel ad Bucolicū pertinēs. Apud Græ-  
cos Bucolica scripsit Theocritus Siculus, quem Vergi-  
lius imitatus est, & multa illius carmina in latinum tra-  
duxit. Diuiduntur autem Bucolica in decem particu-  
laria carmina, quæ uocantur Aeglogæ. Aegloga inter-  
pretatur eloquiū, teste Ioanne Castrone. Item cum tria  
sint genera dicendi siue scribendi autore Tullio, humile  
uel tenue, temperatū uel mediocre, grandiloquū uel sub-  
lime, Virgilius aptissimè usus est his tribus generibus,  
Nam Bucolica scripsit humili stylo, prout exigebat ma-  
teria. Georgica autem mediocri, Aeneida uero sublimi  
stylo cōposuit. A Bucolicis igitur auspicanda Poësis est,  
quod Itali faciunt, apud quos pueri Bucolica ediscunt,  
ob idq; literati atq; disertī iuuenes euadunt, in nostra  
uero barbarie perrarus est etiam profectus in philoso-  
phia qui Bucolica teneat. Imo qd' indignius est, multi  
nephās arbitrantur poësim legi, sine qua tñ nemo lite-  
ratus fieri, nemo priscos illos Theologos intelligere pō-  
test. Nos igitur ob adolescentū studiosorū qualēcunq;  
profectū, ista, diuino freti fauore, collegimus, ut qui-  
bus audiendi Virgilij copia non datur, saltem legendi  
illius aliqua sit facultas, & ut per se ipsos utcūq; intelli-  
gant quibus deest unius interpres. Nā his Bucolicis (quæ  
principiū poëseos sunt) intellectis & cognitīs, facilior



erit ad alia maiora progressio. Faceffat igitur inuidia,  
fiteant æmuli, quibus unus labor est aliorum labores  
carpere, cum ipsi nihil in medium afferant, nisi forte  
alijs ablatum, & quod intollerabile scelus est, clam  
lectitant atq; discunt, quod palam uellicant atq; uitupe=  
rant. Sed hos cum sua stultitia uel potius malitia relin=  
quamus, indigni sunt enim de quibus uerba fiant.

#### EX PRIMA AEGLOGA.

Syluestrem tenui musam meditaris auena.

Quintilianus in nono, agrestem non siluestrem cog=  
noscit, quod etiam paulo post in Syleno repetit Virgi.  
Agrestem tenui meditabor arundine musam.

Nanq; erit ille mihi semper deus. Semper deus, una est  
pars orationis, ut perpetuo deum illum in uita, & post  
mortem futurum intelligat, quod Iunius quoq; Philar=  
gyrus docet, hunc ipsum interpretans locum. Præte=  
rea Donatus super illud Terentianum ( & heri semper  
lenitas uerebar ) hoc idem sentire uidetur, Lucretius  
in primo de rerum natura, semper florentis Homeri.  
Virgilius etiam alibi, ante malorum dixit.

#### EX POLLIONE.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Tulerant legendum est media correpta, atq; hunc  
locum citat Donatus, exponens illud Eunuchi, Post=  
quam Aediles emerunt.

#### EX SYLENO.

Prima Syracusio dignata est ludere uersu.

Theocritus



Theocritus in decimo quinto Idilio, & ratio Græcæ literaturæ nos admonent, hoc in loco Syracosio, non Syracusio legere, subtracto Dorico more y ex oy dyphthongo, quæ est in Syracusio. Dicunt illi nasos, pro nasoy, cantharos, pro cantharoy, aliter contra metri normam legeremus, cum tertia à fine longa sit dyphthongo. Quantum omnis mundus gaudet cantate Syleno. Neutiquam (ut arbitror) malè literati Virgilio hoc carmen adscripsissent, si metri rationem, aut si spacia, morasq; syllabarum consulissent. Cum Sylenus in hoc loco tertiam in fine habeat breuem, contra omnium autoritatem. Itaq; nihil dubitandum, quin hic uersus ex Aegloga Virgiliana tanquam ueruca deformis recidendus sit atq; expungendus.


#### EX PHARMACEVTRIA.

Nec te Amarylli modo & Veneris dic uincula necto.  
Vetus & sincera scriptura habet nodos, sicq; puto legendum, cum sensus Poëtæ sit & doctior & elegantior. Cæterum hoc carmen diuersam ab alijs admittit scansionem, ut obiter & illud Seruij enarretur super Veneris dictione. s. Anapestus est, trimeter, hypercatalecticus, quod metrum Veneri dicatum est. Nam scanditur sic, Nec t ama, Dactylus, rylli no, Amphimacrus, dos &, Spondeus, Veneris, Anapestus, dic uim, Spondeus, cula ne, Anapestus, eto superest, ideo dixit Hypercatalecticus, quia abundat una syllaba. Trimeter uero, quia constat ex sex pedibus.

A 3

P. V. M.



 P V M

MANTVANI BVCOLICORUM  
Tityrus

ARGVMENTVM.

Melibæus pastor ex agris: unde Mantuani eijciebantur: cum gregibus excedens Tityrum pastorem sub umbra fagi resupinum & ociosum, & cantilenam fistula meditantem, offendit. Inter hos colloquium rusticarum oritur. Melibæus suam & publicam calamitatem deplorat, aucta etiam aegritudine ex alieno otio. Tityrus ob agros sibi unquam redditos de priuata foelicitate gloriatur, nihil infœlici amico morigeratus.

MELIBOEVVS TITYRVVS.

MELIBOEVVS.

Tityre



T I T Y R V S.



Ityre tu patulae recubans sub teg-  
mine fagi,  
*s. l. d. d.*  
Agrestem tenui Musam medita-  
ris auena,  
Nos patriae fines, & dulcia lin-  
quimus arua.  
Nos patriam fugimus, tu Tity-  
*eg. obis*  
re lentus in umbra

Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.

O Melibœe, deus nobis hæc oia fecit. X

Ti.

Namq; erit ille mihi semper deus, illius aram

Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum

Ludere quæ uellem, calamo permisit agresti.

Non equidem inuideo, miror magis undiq; totis

Me.

Vsq; adeo turbatur agris, en ipse capellas

Protinus æger ago, hanc etiam uix Tityre duco.

Hic inter densas Corylos modo namq; gemellos,

Spem gregis, ab silice in nuda connixa reliquit.

Sæpe malum hoc nobis, si mens non laua fuisset,

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.

Sed tamen ille deus qui sit da Tityre nobis. X

Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe putau

Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus,

Pastores ouium teneros depellere foetus,

Ti. Thilorus  
rogatus de  
Deo iam uis  
Sic ead uider



P R I M A.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos  
 Noram, sic paruis componere magna solebam,  
 Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,  
 Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.  
 Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi?  
 Libertas, quæ sera tamen respexit inertem,  
 Candidior postquam tondenti barba cadebat,  
 Respexit tamen, & longo post tempore uenit.  
 Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.  
 Namq; ( fatebor enim ) dum me Galatea tenebat,  
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.  
 Quamuis multa meis exiret uictima septis,  
 Pinguis, & ingrata premeretur caseus urbi.  
 Nonnunquam grauis ære domum mihi dextra redibat.  
 Mirabar quid mœsta deos Amarylli uocares,  
 Cui pendere sua patereris in arbore poma,  
 Tityrus hinc aberat ipsa te Tityre pinus,  
 Ipsi te fontes, ipsa hæc arbuta uocabant.  
 Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat.  
 Nec tam presentes alibi cognoscere diuos.  
 Hic illum uidi iuuenem Melibœe quotannis  
 Bis senos cui nostra dies altaria fumant.  
 Hic mihi responsum primus dedit ille petenti  
 Pascite, ut antè, boues pueri, submittite tauros.  
 Fortunata senex, ergo tua rura manebunt,  
 Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus.

*N tandem  
 superam  
 reliquos  
 verbas  
 tam oppo  
 mit que  
 ipse sus  
 rit causa  
 uidendi  
 Romam*

*romm*

*est arbor  
 Me. or  
 Ti. ra m  
 Areaclia*

*Me.*

*Ti.*

*scipriem Ag  
 istum*

*Me.*

*Limosoq;*



T I T Y R V S.

Limosoq; palus obducatur pascua iunco.  
Non insueta graucis tentabunt pabula foetas,  
Nec mala vicini pecoris contagia ledent,  
Fortunate senex, hic inter flumina nota,  
Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Hinc tibi, quae semper vicino ab limite sepes,  
Hiblaeis apibus florem depasta salicti.

Saepe leui somnum suadebit mire susurro,  
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.  
Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,  
Non gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

Antè leues ergo pascentur in aethere cerui.  
Et freta destituent nudos in littore pisces,  
Antè pererratis amborum finibus exul,

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,  
Quàm nostro illius labatur pectore uultus.

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.  
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxens  
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

En unquam patrios longo post tempore fines,  
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.  
Post aliquot mea regna uidens, mirabor aristas  
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?  
Barbarus has segetes? en quo discordia ciues  
Perduxit miseros? en queis consequimus agros?  
Insere nunc Melibææ puros, pone ordine uites.

A S

Ite meæ

*Hiplam ciuitatem  
Siciliae officio esse  
refert Nola cuius  
ulias etiam pro  
Nigaram dicit scri  
bit Seruilius pluri  
mum autem com  
dantur in illo  
ponitur hoc loco  
Sinochouos spe  
tius & genere.*

Me.

6 or  
or  
ra m  
Sia

Ag





P R I M A

Ite meæ, quondam fœlix pecus, ite capellæ,  
 Non ego uos posthac uiridi proiectus in antro  
 Dumosa pendere procul de rupe uidebo,  
 Carmina nulla canam, non me pascente capellæ.  
 Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.  
 Hic tamen hac mecū poteris requiescere nocte  
 Fronde super uiridi, sunt nobis mitia poma,  
 Castaneæ molles, & pressi copia lactis.  
 Et iam summa procul uillarum culmina fumant,  
 Maioresq; cadunt altis de montibus umbrae.

Ti.



ÆGLOGA

SECUNDA. ALEXIS,  
 ARGUMENTVM.

Corydon & rusticus & parum formosus  
 nec diues, difficillimo amore laborat Alexidis  
 formosissimi & Iole diuitis domini pueri, a  
 quo etiam in delitijs habebatur. Is postquam  
 de suo amore in absentem puerum multa solus  
 questus esset, tandem spe in contemptum mu-  
 tata, ad rusticandas operas redit.

Formo=



S E C V N D A.



Ormosum pastor Corydon ar-  
debat Alexim  
Delicias domini, nec quid spera-  
ret habebat,  
Tantum inter densas umbrosa ca-  
cumina fagos  
Assidue ueniebat, ibi haec incon-  
dita solus.

Montibus & syluis studio iactabat inani.  
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,  
Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.  
Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant,  
Nunc uirides etiam occultant spincta lacertos,  
Thestylis & rapido fessis messoribus aestu,  
Allia serpillumq; herbas contundit olentes.  
At mecum raucis, tua dum uestigia lustras,  
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.  
Nonne fuit satius tristeis Amaryllidis iras,  
Atq; superba pati fastidia, nonne Menalcame  
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.  
O formose puer, nimum ne crede colori,  
Alba ligustra cadunt, uaccinia nigra leguntur.  
Despectus tibi sum, nec quis sim queris Alexi,  
Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans  
Mille meae Siculis errant in montibus agnae  
Lac mihi non aestate nouum, nec frigore desit

*lucus dicitur  
cum christian  
lucus magna  
dicitur baroni  
p. melio fuit.  
L. S. P.*

*pro uiribus  
albi. n. d.  
p. marian  
hic p. p. l.  
p. n. n. y. o.  
Canto*



*in hunc locum gratiam praeferri*

ALEXIS

Canto, quae solitus, si quando armenta uocabat,  
Amphion Dircaeus in Actæo Aracyntho.  
Nec sum adeo deformis, nuper me in littore uidi,  
Cum placidum uentis staret mare, non ego Daphnim,  
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.  
O tantum libeat mecum tibi sordida rura,  
Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos  
Hædorumq; gregem uiridi compellere hibisco.  
Mecum unâ in syluis imitabere Pana canendo.  
Pan primus calamos cera coniungere plures  
Instituit, Pan curat oues, ouiumq; magistros.  
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.  
Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?  
Est mihi disparibus septem compacta cicutis  
Fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim  
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum,  
Dixit Damoetas, inuidit stultus Amyntas.  
Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti  
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,  
Bina die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.  
Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat.  
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.  
Huc ades ô formose puer, tibi lilia plenis  
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais  
Pallentes uiolas, & summa papauera carpens,  
Narcissum, & florem iungit benè olentis anethi,

*x*  
*in hunc locum*

*x*  
*#*

*in hunc locum*  
*in hunc locum*  
*in hunc locum*  
*in hunc locum*

*in hunc locum gratiam praeferri*  
*pergit pater in laudat hunc alvum laudat hunc*  
*in hunc locum gratiam praeferri*  
*pergit pater in laudat hunc alvum laudat hunc*  
*in hunc locum gratiam praeferri*  
*pergit pater in laudat hunc alvum laudat hunc*

Tu  
Ma  
Ip  
Ca  
Ad  
Et  
Si  
Ra  
Ne  
Eh  
Pe  
Q  
Da  
Ip  
To  
Fl  
Te  
A  
Et  
M  
Al  
Se  
Q  
V  
In



in quo nos reperit. Vnum a d. hinc tunc pelli  
in prima aetatis colore. Deinde in Falco

**S E C V N D A**

Tum casia atq; alijs intexens suauibus herbis.  
Mollia luteola pingit uacinia caltha.  
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,  
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.  
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.  
Et uos o lauri carpam, & te proxima myrte,  
Sic posita quoniam suauis miscetis odores,  
Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.  
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.  
Eheu quid uolui misero mihi? floribus, austrum  
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.  
Quem fugis ah demens? habitarunt dii quoq; syluas  
Dardaniusq; Paris, Pallas quas condidit arces  
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylua.  
Torua leana lupum sequitur, lupus ipse capellam,  
Florentem cythisum sequitur lasciuia capella.  
Te Corydon o Alexi, trahit sua quenq; uoluptas.  
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuueni.  
Et sol crescentes decedens duplicat umbras.  
Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amoris?  
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia coepit?  
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.  
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus  
Viminibus, molliq; paras detexere iunco,  
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

**AEGLOGA**

W. v. n. l. m. i. c. i. n. a. l. a. n. r. o. n. l. a. d. o. d. i. m. i.  
p. r. o. x. i. m. a. p. u. r. t. e. o. m. n. i. m. l. u. g. i.  
n. l. u. m. q. d.

magis si quis  
cent bina omis  
ad d. i.  
Miam am  
nis si m. i. l. i. m.  
quasi cum d.  
ai. An p. i. r. a.  
amicam si  
u. l. u. s. p. s. o.  
ad m. d. u. m.  
illud capell  
Cy. d. p. u. m. m.  
C. u. r. a. n.  
p. u. n. o. r. a.  
m. i. a. m. i. h. i. s. o. r. a.  
p. o. m.:

10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20



*mit Jan*

# ÆGLOGA

TERTIA. PALAEMON.

ARGUMENTVM.

Amarissima contentio Menalca pastoris cum Damoeta riuali suo mercenario. Qui post mutua conuitia, in canendi certamen ueniunt, pignus utrinque deponitur. Palaemon uicinus certaminis arbiter adsciscitur. Certant acerrime & uarie, relatione similium & contrariorum ænigmatum, Palaemon interpellata contentione uitulam Menalca decernit.

MENALCAS, DAMOETAS,

PALAE MON.

MENALCAS.



Ic mihi Damoeta cuium pecus ad  
Melibœi? Da.  
Non, uerum Aegonis, nuper mihi  
hi tradidit Aegon.

Infœlix

*Argumentum  
Tercia ægloga unico saltem quomodo  
priors dicitur Ar: PALAEMON.  
quodcumque est quod  
cetera  
pastor  
qui inter  
si natis  
certant  
dicit  
similibus  
contrariis arg  
his a lufionibus*





T E R T I A

Infœlix ô semper ouis pecus, ipse Neeram. Me.

Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa ueretur.

Hic alienus oucis custos bis mulget in hora,

Et succus pecori & lac subducitur agnis.

Parcius ista uiris tamen obijcenda memento. Da.

Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,

Et quo, sed faciles nymphæ risere sacello.

Tum credo, cum me arbutum uidere Myconis, Me.

Atq; mala uites incidere falce nouellas.

Aut hic ad ueteres fagos, cum Daphnidis arcum Da.

Fregisti, & calamos, quæ tu peruerse Menalca

Et cum uidisti puero donata, dolebas,

Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Quid domini faciant audent cum talia fures? Me.

Non ego te uidi Damonis pessime, caprum

Excipere insidijs, multum latrante Lycisca?

Et cum clamarem, quo nunc se proripit ille?

Tityre coge pecus, tu post carecta latebas.

An mihi cantando uictus non redderet ille, Da.

Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?

Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon

Ipsc fatebatur, sed reddere posse negabat.

Cantando tu illum? aut, unquam tibi fistula cera Me.

Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas

Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Vis ergo inter nos, quod possit uterq; uicissim Da.

Experiamur



*gnifine.*

P A L A E M O N .

Experiamur? ego hanc uitulam, (ne forte recuses,  
Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere foetus)  
Depono, tu dic, mecum quo pignore certes?

De grege non ausim quicquam deponere tecum. Meo  
Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca,  
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.  
Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius.  
(Insanire libet quoniam) tibi pocula ponam  
Fagina celatum diuini opus Alcimedontis,  
Lenta quibus torno facili superaddita uitis,  
Diffusos hedera uestit pallente corymbos.  
In medio duo signa, Conon, &, quis fuit alter?  
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,  
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet,  
Nec dum illis labra admoui sed condita seruo.  
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.  
Et molli circum est ansas amplexus acantho.  
Orpheaq; in medio posuit, syluasq; sequentes.  
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.  
Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.  
Nunquã hodie effugies, ueniã quocunq; uocaris, Meo.  
Audiat hæc tantum, uel qui uenit, ecce Palemon  
Efficiam posthac ne quenquam uoce laceffas.  
Quin age, si quid habes, in me mora non erit ulla. Da.  
Nec quenquam fugio, tantum uicine Palemon  
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas, *Alcimon*

*Dicite*



*magister prabli*  
*Eniando in*  
*consulium*  
 POLLIO.

Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.  
 Non nostram inter uos tantas componere lites,  
 Et uitula tu dignus, & hic, & quisquis amores  
 Aut metuet dulcis, aut experietur amarus,  
 Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

*Pa.*

# ÆGLOGA

QUARTA. POLLIO.

ARGUMENTVM.

Genethliacon canit Salomino Pollionis  
 consulis filio, quem statim editum, risisse con-  
 stat, atq; inter ipsa primordia infantia pe-  
 riisse, de cuius fœlicitate multum uaticinatur  
 Sybillino carmine, auream ætatem describēs  
 Icelides Musæ paulo maiora ca-  
 namus.



Non omnes arbusta iuuant, hu-  
 milesq; myrica.  
 Si canimus syluas, syluæ sint Cœ-  
 sule dignæ.

B 2

*uia omnia quib*  
*hac in p q licita*  
*ap h s m p d u*  
*que h s c e s a m*  
*q u i u o r e q u i n t*  
*in d s c o m p m p o*  
*in p r i m i s c o p i m*  
*r l o d e s a n g u i n a c u o r m*  
*c o m m o d i p o u e r u o*  
*u e m q u e q u e*  
*q u e p u e r u o*  
*q u e m a m m*  
*h a c p q l i g a m*  
*p o l l i o d q u i a a i m*  
*p o l l i o n e m u o r t e p l o*  
*u i u i s i n d e r a t*  
*q u i b u s c o m h i c*

*in m i n o r i s a n g u s t i t e m p o r i b u s p o u e r u m*  
*q u i a i n f a n t i a m o r t e m*  
*q u i a t a b u l a*

Meo

e.

4.

te



Q V A R T A.

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas,  
 Magnus ab integro seculorum nascitur ordo,  
 Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,  
 Iam noua progenies cælo demittitur alto.  
 Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum  
 Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,  
 Casta fauce Lucina, tuus iam regnat Apollo,  
 Teq; adeo decus hoc æui, te consule inibit  
 Pollio, & incipient magni procedere menses.  
 Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,  
 Irrita perpetua soluent formidine terras.  
 Ille Deum uitam accipiet, Diuisq; uidebit  
 Permistos Heroes, & ipse uidebitur illis,  
 Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.  
 At tibi prima puer nullo munuscula cultu  
 Errantes hederas passim cum baccare tellus,  
 Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho,  
 Ipse lacte domum referent distenta capelle  
 Vbera, nec magnos metuent armenta leones.  
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.  
 Occidet & serpens, & fallax herba ueneni  
 Occidet, Assyrium uulgo nascetur amonium.  
 At simul Heroum laudes & facta parentis  
 Iam legere, & quæ sit, poteris cognoscere uirtus  
 Molli paulatim flauescet campus arista.  
 Incultisq; rubens pendebit sentibus uua.

Et dura

PAg




P O L L I O

Et duræ quercus sudabunt roscida mella,  
 Pauca tamen suberunt prisca uestigia fraudis.  
 Quæ tentare Thetyn ratibus, quæ cingere muris  
 Oppida, quæ iubeant telluri insindere sulcos,  
 Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argo *fuit in*  
 Delectos Heroas, erunt etiam altera bella, *notam*  
 Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.  
 Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas.  
 Cedet & ipse mari uector, nec nautica pinus, *mastrum*  
 Mutabit merces, omnis feret omnia tellus,  
 Non rastros patietur humus, non uinea falcem,  
 Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator,  
 Nec uarios discet mentiri lana colores, *solus flos unicus*  
 Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti *inijit*  
 Murice, iam croceo mutabit uellera luto. *inijit per flos*  
 Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos. *inijit per flos*  
 Talia sæcla suis dixerunt currite fusis *inijit per flos*  
 Concordes stabili fatorum numine Parca, *inijit per flos*  
 Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores  
 Chara Deum soboles, magnum Iouis incrementum,  
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum,  
 Terrasq; tractusq; maris, coelumq; profundum,  
 Aspice, uenturo latentur ut omnia sæclo,  
 O mihi tam longè maneant pars ultima uitæ  
 Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.  
 Non me carminibus uincet, nec Thracius Orpheus,



Q V I N T A.

Nec Linus, huic mater quamuis, atq; huic pater adsit.  
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo,  
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,  
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum,  
Incipe parue puer risu cognoscere matrem,  
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.  
Incipe parue puer, cui non risere parentes,  
Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

 ÆGLOGA

Q V I N T A, D A P H N I S.

A R G V M E N T V M.

Epithaphium fratri aut cesari sub Daphnidis nomine canit. Duos pastores inducit non infestos, sed amicos, neque ad æmulationem ut in Palæmone sed ad uoluptatem canentes, unde sibi inuicem cedunt, mutuoque mirantur, ac laudant, et munera inter se commutant. Mopsus funeris eius luctum describit, Menalcas deificationem.

MENALCAS. MOPSVS.

D A P H N I S.

*Handwritten notes in Latin:*  
... hanc in ægloga  
... tantum quædam  
... prior. tanta eorum  
... sona daphnidis  
... absona gratulatio  
... ut quod sit  
... his in munit  
... eorum et  
... in ditione  
... doctis eorum  
... quorum in  
... daphnidis  
... in libris  
... nos  
... dominum  
... con firmati





Vr non Mopse, boni quoniam  
conuenimus ambo.

Tu calamos inflare leues, ego  
dicere uersus.

Hic corylis mistas inter consc=  
dumus ulmos?

Tu maior, tibi me est equum  
parere Menalca. Mo.

Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras,  
Siue antro potius succedimus, aspice ut antrum  
Syluestris raris sparsit labrusca racemis.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas, Me.

Quid si idem certet Phoebum superare canendo? Mo.

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes, Me.

Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri,

Incipe, pascentes seruabit Tityrus hoedos.

Inmo haec in uiridi nuper quae cortice fagi, Mo.

Carmina descripsi, & modulans alterna notau.

Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliuae, Me.

Puniceis humilis quantum saltunca rosetis,

Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

Sed tu desine plura puer, successimus antro, Mo.

Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnim.

Flebant, uos coryli testes, & flumina Nymphis.

Cum complexa sui corpus miserabile nati,

Atque Deos, atque astra uocat crudelia mater.

B 4

Not

domini p hri Lip pi  
con firmati dicimus  
mo et dop domi  
noor hri et catari  
laudois in hij cesa  
vis



hoc refert ad Iulianum coenam vna

Q V I N T A

Non ulli pastos illis egere diebus  
 Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amnem  
 Libavit quadrupes, nec graminis at igit herbam.  
 Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones  
 Interitum, montesq; feri, sylueq; loquuntur.  
 Daphnis & Armenias curru subiungere Tygres  
 Instituit, Daphnis thyasos inducere Baccho,  
 Et folijs lentas intexere mollibus hastas.  
 Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uuae,  
 Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis,  
 Tu decus omne tuis, postquam te fata tulerunt,  
 Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.  
 Grandia sepe quibus mandauimus hordea sulcis,  
 Infaelix lolium, & steriles dominantur auena,  
 Pro molli uiola, pro purpureo Narcisso  
 Carduus & spinis surgit paliurus acutis.  
 Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras  
 Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis.  
 Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen  
 Daphnis ego in syluis hinc usq; ad sydera notus,  
 Formosi pecoris custos, formosior ipse.  
 Tale tuum carmen nobis diuine Poëta,  
 Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum  
 Dulcis aquae saliente sitim restinguere riuo,  
 Nec calamis solum equiparas, sed uoce magistrum.  
 Fortunata puer, tu nunc eris alterab illo.

Nos

*Handwritten marginal notes on the left side of the page, including:*  
 Daphnis  
 Armenias  
 Tygres  
 Pales  
 spinis  
 Carduus  
 paliurus  
 acutis  
 folijs  
 fontibus  
 umbras  
 Pastores  
 tumulum  
 superaddite  
 carmen  
 Daphnis  
 syluis  
 sydera  
 notus  
 Formosi  
 pecoris  
 custos  
 formosior  
 ipse  
 Tale  
 tuum  
 carmen  
 nobis  
 diuine  
 Poëta  
 Quale  
 sopor  
 fessis  
 in  
 gramine  
 quale  
 per  
 aestum  
 Dulcis  
 aquae  
 saliente  
 sitim  
 restinguere  
 riuo  
 Nec  
 calamis  
 solum  
 equiparas  
 sed  
 uoce  
 magistrum  
 Fortunata  
 puer  
 tu  
 nunc  
 eris  
 alterab  
 illo

*Handwritten marginal notes on the right side of the page, including:*  
 amnem  
 Daphnis  
 Armenias  
 Tygres  
 Pales  
 spinis  
 Carduus  
 paliurus  
 acutis  
 folijs  
 fontibus  
 umbras  
 Pastores  
 tumulum  
 superaddite  
 carmen  
 Daphnis  
 syluis  
 sydera  
 notus  
 Formosi  
 pecoris  
 custos  
 formosior  
 ipse  
 Tale  
 tuum  
 carmen  
 nobis  
 diuine  
 Poëta  
 Quale  
 sopor  
 fessis  
 in  
 gramine  
 quale  
 per  
 aestum  
 Dulcis  
 aquae  
 saliente  
 sitim  
 restinguere  
 riuo  
 Nec  
 calamis  
 solum  
 equiparas  
 sed  
 uoce  
 magistrum  
 Fortunata  
 puer  
 tu  
 nunc  
 eris  
 alterab  
 illo





*Laudibus in Cephis natham  
nt feromus*  
DAPHNIS.

Nos tamen hæc quocumq; modo tibi nostra uicissim  
Dicemus, Daphninq; tuum tollemus ad astra.  
Daphnim ad astra feremus, amauit nos quoq; Daphnis.  
An quicquam nobis tali sit munere maius?  
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista  
Iam pridem Stimicon laudauit carmina nobis.  
Candidus insuetum miratur limen Olympi,  
Sub pedibusq; uidet nubes, & sydera Daphnis,  
Ergo alacris syluas, & cætera iura uoluptas.  
Panaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas,  
Nec lupo insidias pecori, nec retia ceruis  
Vlla dolum meditantur, amat bonus ocia Daphnis.  
Ipsi letitia uoces ad sydera iactant,  
Intonsi montes, ipse iam carmina rupes.  
Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus ille Menalca.  
Sis bonus o felixq; tuis: en quatuor aras,  
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phæbo.  
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,  
Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui,  
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,  
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra.  
Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.  
Cantabunt mihi Damocles, & Lyctius Aegon,  
Saltantes Satyros imitabitur Alpheisbœus,  
Hæc tibi semper erunt, & cum solennia uota  
Reddemus Nymphis & cum lustrabimus agros.

*Supra. in die partem ghiber  
ipm. Nam ghiber nro. Dum  
in ven o die uarcto go fpa.*  
B. E. Dum



*Male nosse malis yrenidus*  
*in*  
E O S V I N T A.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,  
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicada,  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.  
Ut Baccho, Cereriq; tibi sic uota quotannis  
Agricolae facient, damnabis tu quoq; uotis.

Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona? Mo.

Nam neq; me tantum uenientis sibilus Austri,  
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quae  
Saxosas inter decurrunt flumina ualles.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. Me.

*tristia  
hinc*

Hec nos, formosum Corydon ardebat Alexim,

Hec eadem docuit, cuium pecus? an Melibcei?

At tu sume pedum (quod me cum saepe rogaret, Mo.

Non tulit Antigene, & erat tum dignus amari)

Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.



# ÆGLOGA

SEXTA. SILENVS.

ARGVMENTVM.

Silenum Epicureum senem à pueris &  
Nympha quadam excitatum cantantem fas-  
cit, de rerum primoralibus, idq; iuxta Epicu-  
reorum

*in honore  
van quante  
sunt temporibus Ag  
si in Germania  
bella gressus in  
re et proclam  
tandem abbaronia  
et marion dicit  
mugnum claudia  
cicuta in libey  
se mortem impet  
sunt & potipre  
sunt desorbent ne  
bis*



S E X T A.

reorum opinionem, alijsq; fabulosis argumens-  
tis. Est autem in hac Ægloga Epicurea &  
uoluptuaria uitæ absoluta quedam descriptio,  
cuius omnis ratio in computationibus, somno,  
amore, & cantu consistebat.



Rima Syracuseo dignata est lu-  
dere uersu.

Nostra nec crubuit sylvas habita-  
tare Thalys.

Cum canerem reges, & praelia,  
Cynthius aurem

Vellit, & admonuit, Pastorem  
Tityre, pingues

Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

Nunc ego (nanq; super tibi crunt, qui dicere laudes  
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)

Agrestem tenui meditabor arundine Musam.

Non iniussa cano, si quis tamen hæc quoq; si quis  
Captus amore leget, te nostræ Vare miricæ,

Te nemus omne canet, nec Phœbo gratior ulla est.

Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.  
Pergite Pierides, Chromis & Mnasyllus in utro.

Silenum pueri somno uidere iacentem.

Inflatum



S I L E N V S.

Inflatum hesternis uenas, ut semper, Iaccho,  
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,  
Et grauis attrita pendeat cantharus ansa.  
Aggressi, (nam saepe senex spe carminis ambos  
Luserat) iniiciunt ipsis ex umcula sertis.  
Addit se sociam, timidisq; superuenit Aegle,  
Aegle Naiadum pulcherrima, iamq; uidenti.  
Sanguincis frontem moris, & tempora pingit,  
Ille dolum ridens, quo uincula nectitis? inquit,  
Soluite me pueri, satis est potuisse uideri,  
Carmina quae uultis cognoscite, carmina uobis,  
Huic aliud mercedis erit, simul incipit ipse.  
Tum uero in numerum, Faunosq; ferasq; uideres  
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus,  
Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes,  
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphica  
Nanq; canebat, uti magnum per inane coacta  
Semina terrarumq; animæ, marisq; fuissent,  
Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis  
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.  
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto  
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.  
Iamq; nouum terræ stupeant lucescere Solem,  
Altius atq; cadant submotis nubibus imbres.  
Incipiant syluæ cum primum surgere, cunctiq;  
Rara per ignotos errent animalia montes.

Hinc



*17*  
*an wa se in la.*  
*sub factu quo fuit*  
*vult*  
S E X T A.

Hinc lapides Pyrræ iactos, Saturnia regna,  
Caucasæq; refert uolucres: furtumq; Promethei, *x aquilorum*  
His adiungit Hylam nautæ quo fonte relictum *duo tamen cor*  
Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret. *promethei*  
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, *vult / es in i*  
Pasiphaen niuei solatur amore iuueni, *ta fto no is.*  
Ah uirgo infœlix, quæ te dementia cœpit?  
Proetides implerunt falsis mugitibus agros,  
At non tam turpes pecudum tamē ulla secuta est  
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,  
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.  
Ah uirgo infœlix, tu nunc in montibus erras,  
Ille latus niueum molli fultus hyacintho *negidm ex Grouth*  
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,  
Aut aliquā in magno sequitur grege, claudite Nymphæ  
Dictææ, Nymphæ nemorum, iam claudite saltus. *ans cypria*  
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris  
Errabunda bouis uestigia, forsitan illum  
Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum  
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia uaccæ. *sefuit cyphal*  
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam. *moft.*  
Tum Phactontiadas musco circumdat amara. *longes eu l uhas*  
Corticis, atq; solo proceras erigit alnos. *a omes fut*  
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum *monte in uaria*  
Aonas in montes ut duxerit una sororum *su i bracta*  
Utq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis.

Ut Limus



*As mis... ut ubiq; voluit monuit  
musa uranda filius frigitur primus*

SILENVS.

Ut Linus, hæc illi diuino carmine pastor,  
Floribus, atq; apio crines ornatus amaro.

*penam  
pena  
est p...  
apio h...  
si a pat...*  
Dixerit, hos tibi dant calamos (en accipe) musæ,  
Ascræo quos ante seni, quibus ille solebat.

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Cantando rigidas deducere montibus ornos,  
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.  
Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Candida succinctam latrantibus inguma monstris,  
Dulichias uexasse rates, et gurgite in alto.

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Ab timidos nautas canibus lacerasse marinis,  
Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit?  
Quo cursu deserta petiuerit? et quibus ante

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Infelix sua recta superuoluit auerit alis?  
Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Audiit Eurotas, iussitq; ediscere lauros,  
Ille canit, pulsa referant ad sydera ualles.

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre  
Iussit, et munito processit uesper olympo.

*ascra  
uicis  
mi quo na  
est p...  
legit  
mit in  
so lex in  
qua...*  
*laug... bon... suam*

ÆGLOGA

SEPTIMA. MELIBŒVS.  
ARGVMENTVM.

Melibœus

*Ascræi: Orionibus fuit ab  
Ascræi: ad Radices montis  
Halio us...*





OCTAVA

Commaculare manus, crudelis tu quoq; mater,  
 Crudelis mater, magis an puer improbus ille?  
 Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.  
 Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.  
 Nunc & oues ultro fugiat lupus, aurca dura  
 Mala ferant quercus, narcisso flore at alius.  
 Pingua corticibus sudent electra myrica.  
 Certent & cygnis ulula, sit Tityrus Orpheus,  
 Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion,  
 Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.  
 Omnia uel medium fiant mare, uiuite sylua.  
 Præceps aërij specula de montis in undas  
 Deferar, extremum hoc munus morientis habeto.  
 Desine Mænalios iam desine tibia uersus,  
 Hæc Damon, uos quæ responderit Alphefiboæus,  
 Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.  
 Effer aquam, & molli cinge hæc altaria uitta, Al.  
 Verbena sç; adole pingues & mascula thura.  
 Coniugis ut magicis sanos auertere sacris  
 Experiar sensus, nihil hic nisi carmina desunt.  
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.  
 Carmina uel cælo possunt deducere Lunam.  
 Carminibus Circe socios mutauit Vlysi.  
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,  
 Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.  
 Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore Licie



PHARMACEVTRIA.


Licia circundo : terq; hæc altaria circum  
Effigiem duco, numero deus impare gaudet.  
~~Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.~~  
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,  
Necte Amarylli nodos, & Veneris dic iuncula necto.  
~~Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.~~  
Limus ut hic durefcit, & hæc ut cera liquefcit,  
Vno eodemq; igni, fic nostro Daphnis amore.  
Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.  
Daphnis me malus urit, ego hæc in Daphnide laurum.  
~~Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.~~  
Talis amor Daphnim, qualis cum fessa iuuencone  
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos  
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in uua.  
Perdita, nec feræ meminit decedere nocti,  
Talis amor teneat, nec fit mihi cura mederi.  
~~Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.~~  
Has olim exuias mihi perfidus ille reliquit,  
Pignora chara fui, quæ nunc ego limine in ipfo  
Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnim.  
~~Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.~~  
Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta uenena.  
Ipse dedit Mæris, nascuntur plurima ponto.  
His ego sepe lupum fieri, & se condere syluis  
Mærim, sepe animas imis excire sepulchris,  
Atq; satas alio uidi traducere messes,

Ducite



OCTAVA

Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.  
 Fer cimeres Amarylli foras, riuoq; fluenti,  
 Transq; caput iace, ne respexeris, his ego Daphnim  
 Aggrediar, nihil ille Deos, nil carmina curat.  
 Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnim.  
 Aspice, corripuit tremulis altaria flammis  
 Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit,  
 Nescio quid certē est, & Hylax in limine latrat.  
 Credimus? An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? **N**  
 Parcite, ab urbe uenit, iam parcite carmina, Daphnis.

 ÆGLGOA

NONA. MOERIS.

ARGUMENTVM.

Lycida pastor Romam petens, forte in  
 Mœrim amicum incidit, qui & ipse eoa-  
 dem tendebat. Oritur uarius utrinq; ser-  
 mo inter eundum. Mœris de Galli amis-  
 sione queritur. Menalcas nunciat agros  
 illi ob canendi artem redditos. Sua carmina

C 4 inter



M O E R I S.

inter militaria tela locum non habere. Deinde  
à Lycida prouocatus, inter ambulandum alie  
quot cantilendis canit.

*in hoc egloga scribi potest prout sibi in p[ro]p[ri]o  
ab h[is]o c[on]tinu[er]e* LYCIDAS, M O E R I S.



Vo te Mœri pedes? an, quò uia  
ducit in urbem? Ly.

O Lycida uiui peruenimus, ad  
uena nostri, Mœ.

Quod nunquam ueriti sumus, ut  
possessor agelli

Diceret, hæc mea sunt, ueteres

*quod ueteres migrare coloni.*

Nunc uicti tristes, quoniam fors omnia uersat.

Hos illi (quod nec benè uertat) mittimus hædos.

Certè equidè audierã, qua se subducere colles Ly.

Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo.

Vsq; ad aquam, & ueteris iam fracta cacumina fagi,

Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam

Audieras, & fama fuit, sed carmina tantum Mœ.

Nostra ualent Lycida tela inter Martia, quantum

Chaonias dicunt aquila ueniente columbas.

Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites

Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,

Nes



N O N A

Nec tuus hic Moeris, nec uiueret ipse Menalcas.  
 Heu cadit in quenquã tantũ scelus? heu tua nobis Ly.  
 Penè simul tecum solatia rapta Menalca?  
 Quis caneret Nymphas? quis humũ florentibus herbis  
 Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbras?  
 Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,  
 Cum te ad delitias ferres Amaryllida nostras?  
 Tityre dum redco (breuis est uia) pasce capellas,  
 Et potum pastus age Tityre, & inter agendum  
 Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.  
 Immo hæc, quæ Varo nec dũ perfecta canebat, Mœ.  
 Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis.  
 Mantua uæ misera nimum uicina Cremonæ)  
 Cantantes sublimè ferent ad sydera cygni.  
 Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos, Ly.  
 Sic cithyso pastæ distentent ubera uaccæ,  
 Incipe si quid habes, & me fecere poëtam  
 Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt  
 Vatem pastores, sed non ego credulus illis,  
 Nam neq; adhuc Varo uideor, nec dicere Cinna  
 Digna, sed argutos interstrepere anser olores,  
 Id quæ ago, & tacitus Lycida mecũ ipse uoluto. Mœ.  
 Si ualeam meminisse, neq; est ignobile carmen.  
 Huc ades ô Galatea quis est nam ludus in undis?  
 Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum  
 Fundit humus flores, hic candida populus antro  
C 5 Iniminet




M O E R I S.

Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.  
 Huc ades : insani feriant sine littora fluctus.  
 Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem  
 Audieram? numeros memini, si uerba tenerem. Lx.  
 Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus?  
 Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum, Mæ.  
 Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo  
 Duceret apricis in collibus uua colorem.  
 Inscere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.  
 Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos  
 Cantando puerum memini me condere soles,  
 Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrim.  
 Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.  
 Sed tamen ista satis referet mihi sæpe Menalcas.  
 Causando nostros in longum ducis amores, Lx.  
 Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes  
 (Aspice) uentosi ceciderunt murmuris auræ.  
 Hinc adeo media est nobis uia, namq; sepuchrum  
 Incipit apparere Bianoris, hic, ubi densas  
 Agricola stringunt frondes, hic Mœri canamus.  
 Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem.  
 Aut si nox pluuiam ne colligat ante ueremur,  
 Cantantes licet usq; minus uia lædet, eamus.  
 Cantantes, ut eamus, ego hoc te fasce leuabo.  
 Desine plura puer, & quod nunc instat, agamus Mæ.  
 Carmina tum melius, cum uenerit ipse, canemus.

Æglogæ



GALLVS.

 ÆGLOGA

DECIMA. GALLVS.

ARGVMENTVM. *MEVM.*

Gallus Poëta eximius Ægypti præfectus,  
Virgilio amicissimus, Cithereidem meretris-  
sem, Volumnij libertam amauit, hæc eo spre-  
to ad Gallias Antonium est secuta. Eius  
amorem Virgilius uidetur hæc  
Ægloga consola-  
ri.



Xtremum hunc Arethusa mihi  
concede laborem.

Pauca meo Gallo, sed que le-  
gat ipsa Lycoris.

Carmina sunt dicēda, neget quis  
carmina Gallo?

Sic tibi cum fluctus subter labere  
Sicanos.

Doris



DECIMA

Doris amara suam non intermisceat undam.  
 Incipe, sollicitos Galli dicamus amores,  
 Dum tenera attendent simæ uirgulta capellæ,  
 Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.  
 Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puellæ  
 Naiades, indigno cum Gallus amore periret?  
 Nam neq; Parnassi nobis iuga, nam neq; Pindi  
 Vlla morem fecere, neq; Aonia Aganippe  
 Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ,  
 Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem  
 Menalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycei.  
 Stant & oues circum, nostri nec poenitet illas.  
 Nec te poeniteat pecoris diuine Poëta.  
 Et formosus oues ad flumina paut Adonis.  
 Venit & upilio, tardi uenere bubulci,  
 Viuidus hyberna uenit de glande Menalcas.  
 Omnes, unde amor iste rogant, tibi uenit Apollo.  
 Galle quid insans? inquit: tua cura Lycoris  
 Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.  
 Venit & agresti capitis Sylvanus honore,  
 Florentes sterulas, & grandia lilia quassans.  
 Pan Deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipsi  
 Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.  
 Et quis erit modus inquit? amor non talia curat.  
 Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuus,  
 Nec cythyo saturantur apes, nec fronde capellæ.

Tristis

io Zachariae Romani pōtificis ex praefecto pratorij rex gre  
 atus est. Iste Ch...  
 Parisina...  
 1711



ius erant, Gryphonem natu minimū testamēto præterijt.  
Carolusman<sup>9</sup> multis, magnisq; rebus fortiter & preclare ge-  
stis, in facietatē uersa gloria, secessit in cenobiū quod ipse  
cōstruxerat ad Soracte, ibiq; religioni, diuinoq; cultui man-  
cipatus aliquādiu uixit. demū quietioris uitæ desyderio mi-  
grauit in montē Casinū, omī rerū cura Pipino fratri relicta.  
Pipinus ex hac domo secūdus, ob ignauā Childerici, de-  
iō Zachariæ Romani pōtificis ex præfecto prætorij rex cre-  
atus est. Ipse Ch...

Pipinus.



gnis donatus abijt. Saxones ad anos triginta p  
lo, domuit, & ad uerum dei cultum compulit. in expeditio-  
nis apparatu contra Saracenos, qui tunc Hispanias obtine-  
bant, duodecim, quos aiunt, Pares instituit, quorum sex es-  
sent ex collegio sacerdotum, tresq; rursus eorum duces, Re-  
mensis Archiepiscopus, Laudunensis, & Lingonensis episco-  
pi, Tres item comites episcopi, Bellouacensis, seu Bellouacensis  
Nouiomensis & Catalaunensis. Reliqui uero foret ex eo ho

Pares  
Franciae.

37412

(X20097881)





pi, I res item comites episcopi, Bellouacis, seu Bellouacensis  
Nouiomensis & Catalaunensis. Reliqui uero foret ex eo ho

...m...  
...m...


...m...  
...m...

...m...  
...m...


1881











Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



VIRGILII  
V COLICA ARGV MEN  
TIS BREVIUSCVLIS IL  
*lustrata, ac diligentiss  
mè recognita.*

LIPSIÆ

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA  
NICOLAI FABRI.

